



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLs
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0055

Martedì 20.01.2026

Sommario:

- ◆ Rinunce e nomine
- ◆ Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio per il XII centenario dell'inizio della missione di Sant'Ansgar in Danimarca
- ◆ Avviso dell'Ufficio delle Celebrazioni Liturgiche

◆ Rinunce e nomine

Nomine presso il Tribunale Ecclesiastico dello Stato della Città del Vaticano

Il Santo Padre ha nominato Giudice presso il Tribunale Ecclesiastico dello Stato della Città del Vaticano il Rev.do Mons. Giuseppe Tonello, del Clero della Diocesi di Roma, e Notaio presso il medesimo Tribunale il Sig. Fabrizio Garritano, finora Notaio *ad actum*.

[00103-IT.01]

◆ Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio per il XII centenario dell'inizio della missione di Sant'Ansgar in Danimarca

In data 24 novembre 2025, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Pietro Parolin, Segretario di Stato, Legato Pontificio per la celebrazione del XII centenario dell'inizio della missione di Sant'Ansgar in Danimarca, in programma a Copenaghen domenica 25 gennaio 2026.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia, composta dai seguenti ecclesiastici:

1) Rev.do Mons. Niels ENGLEBRECHT, Vicario Generale della Diocesi di Copenaghen;

2) Rev.do Don. Marcos ROMERO BERNÚS, Parroco della Cattedrale di Sant'Ansgar.

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro

PETRO S.R.E. Cardinali PAROLIN

Secretario Status

Etiamsi eveniat ut christiani ipsi, difficilibus vitae in adiunctis, habituum libenter mundanis in doctrinis vel politicis et oeconomicis speciminibus innisorum contagione corrumpantur, nihilominus exercitium caritatis Ecclesiae missionis dynamicum manet firmamentum. Numquam enim ipsa, sicut mater, Evangelii assidue remetiendi necessitate permota, pauperum oblivisci potest suorum, universam historiam Dei caritatis proposito fecundans, qui in nobis habitavit ut a servitute, timoribus, peccato mortisque potestate liberaremur (cf. Dilexi te 15-16) quique egenus factus est ut illius inopia nos divites essemus (cf. 2 Cor 8, 9).

Plane huiusmodi pauperum ex parte Dei praelatio primum amore flagrare fecit illud iuvenis Ordinis Sancti Benedicti monachi, cui nomen Ansgarius, ad Danicas gentes iter, anno DCCCXXVI cum Haraldo, qui tum in annum novus erat rex vix sacro fonte renatus, factum, quod Evangelii frumentum ut in Scandinavo solo consereretur permisit.

Nobis profecto de s. Ansgarii in Scandinavia missionis exordii XII centenario nuper adlatum, quod proximi mensis Ianuarii die XXV contiget. S. Ansgarii una vero cum s. Paulo, gentium doctore, testimonium Evangelii Christi verba ac monitiones suppeditare valet, ut alacriter et perseveranter quoquoersus salutare dispertiat nuntium.

Refert igitur et permagni convenit ut hic eventus optimo commemoretur iure, cuius celebratio copiam dat et cunctis facultatem aptas agendi gratias iis qui in huic sanctificationis itineri instant necnon universos ad ferventiorum christianum vitae sensum, firmiorem fidem certioraque proposita permovendi.

Quocirca Venerabilis Frater Ceslai Kozon, dioecesis Hafniae Episcopi, postulatis benigne subvenire avemus, qui, ritus ille quo elatius evolveretur et luculentius, a Nobis humanissime rogavit ut purpuratum Praesulem mitteremus, vices Romani Pontificis Havniae gerentem ad celebrationem Eucharisticam ibi agendam. Ad te, ergo, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, cui Nostrorum consiliorum proximo participi praestantiora committere solemus, et ipse idoneus occurris qui eventui illi intersis personam sustinens Nostram. Itaque, singulari pulsi affectione, te, harum Litterarum virtute, LEGATUM PONTIFICIUM renuntiamus atque constituimus, mandatis tibi factis, ut nomine Nostro Havniae insignem apud ecclesiam Cathedrali, s. Ansgario dicatam, proximo die XXV mensis Ianuarii, in festo conversionis s. Pauli, apostoli, Missarum sollemniis et aliis celebrationibus supra dictae memoriae praeesse valeas.

Libenter tibi potestatem facimus, dum celebrationi Eucharisticae praesidebis, Episcopum Hafniae, sacrorum alios Antistites, clerum, religiosos viros mulieresque, necnon publicas auctoritates atque universos christifideles Nostro nomine salutandi ac benedicendi, quos cohorteris, ut, s. Ansgarii, incliti Scandinaviae apostoli, caritatis calcantes vestigia spiritalibusque fructibus repleti, pietatem et probanda opera renovato persequantur fervore.

Dum missionem tuam, Venerabilis Frater Noster, praesidio Beatae Mariae Virginis ab Immaculata Conceptione et s. Ansgario commendamus, Nostram denique Apostolicam Benedictionem, caelestium gratiarum nuntiam, Tibi libenter impertimur, quam ad cunctos celebrationis participes pertinere volumus.

Ex Aedibus Vaticanis, die VIII mensis Decembris, in sollemnitate Conceptionis Immaculatae Beatae Mariae Virginis, Anno Sancto MMXXV, Pontificatus Nostri primo.

LEO PP. XIV

[00101-LA.01] [Testo originale: Latino]

◆ Avviso dell'Ufficio delle Celebrazioni Liturgiche

INDICAZIONI

2 FEBBRAIO 2026

CELEBRAZIONE EUCARISTICA

PRESIEDUTA DAL SANTO PADRE LEONE XIV

Lunedì 2 febbraio 2026, festa della Presentazione del Signore, alle ore 17.00, il Santo Padre Leone XIV presiederà la Celebrazione Eucaristica nella Basilica di San Pietro, in occasione della XXX Giornata mondiale della Vita Consacrata.

* * *

I Patriarchi, i Cardinali, gli Arcivescovi e i Vescovi che desiderano concelebbrare, sono pregati di trovarsi entro le ore 16.30 nella Cappella di San Sebastiano, portando con sé: i Cardinali e i Patriarchi la mitra bianca damascata, gli Arcivescovi e i Vescovi la mitra bianca semplice.

I Presbiteri che desiderano concelebbrare e i Diaconi, muniti di apposito biglietto richiesto a quest'Ufficio entro il 31 gennaio attraverso la procedura indicata nel sito <https://biglietti.liturgiepontificie.va>, vorranno trovarsi per le ore 16.00 al Braccio di Costantino, portando con sé amitto, camice, cingolo e stola bianca.

Città del Vaticano, 20 gennaio 2026

✧ Diego Ravelli

Arcivescovo tit. di Recanati

Maestro delle Celebrazioni Liturgiche Pontificie

[00102-IT.01]

[B0055-XX.01]

